Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35485
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

iacio nove pro nove lectionis nove
presentia cantant. Et siquidem sancta
et salubris est cogitatio pro defunc-
tis exorare ut a peccatis solvantur.
In quibusdam ecclesiis non dicitur officium
mortuorum a quinta feria cene
domini usque ad octavam penthecostes dicen-
tes quod omnia officia illius temporis debent
esse brevia nec in dominicis diebus.
Legitur quod quidam abbas prohi-
buit monachis suis celebrare
diebus dominicis pro defunctis, sed
mortui eum apparuerunt et durissimis
verberibus eum afflixerunt, ideo
prohibitorum huiusmodi revocavit.
Et nota quod suffragia que fiunt
pro defunctis valde bonis actiones
sunt gratiarum. Ille enim anime que
sunt perfecte bone statim cum egredi-
untur a corporibus evolant ad
celos nec subsidiis nostris egent.
Pro valde malis sunt qualescunque
consolationes sunt vivorum. Eis enim
subsidia nostra non prosunt, quia anime
istorum statim descendunt ad infer-
num. Pro mediocriter bonis scilicet qui
sunt in purgatorio sunt expia[illegible]
pro mediocriter malis
in inferno propitiationes sive penarum
sunt. Nam secundum Augustinum quibus
prosunt aut prosunt ut sit plene re-
missio, aut certe ut tollerabilior
fiat eorum dampnatio. Et videtur in
processum ponunt mediocriter bonos
et mediocriter malos quos non
vocant valde bonos qui vix
intrat purgatorium quod vincentes
in victoria pugnam non persolverunt
quibus prosunt orationes, elemosine,
ieiunia, sacrificia que pro eis fiunt.
Nam ut dicitur eis qui sunt in infer-
no nichil prosunt. Illud etiam

nota quod secundum Ieronimum cum paucis
orationibus pro eo vel missa dicitur inti-
mo quam cum pro universo qualibet
diceret. Circa hoc tamen dicimus quod
si suffragia fiunt in speciali ma-
gis prosunt illis quibus specialiter
fiunt quam aliis. Si fiunt in generali
seu in communi magis prosunt illis
qui plus meruerunt in hac vita
ut sibi prodessent si in equali
vel maiori necessitate existunt.
Licet igitur secundum Augustinum non
prosunt omnibus pro quibus fiunt quod
tamen nescimus quibus prosunt ideo
id facienda sunt ne aliquis pre-
termittatur melius est sibi maneatque
supersint eis quibus nec obsunt
nec prosunt quam desint eis quibus
prosunt. Et ideo dies anniversarii sic-
ut principium est. Item magis suffra-
gia eius qui propter mole peccati
mentalitate non est prosunt ei qui
mentalitate decessit. Item secundo opera
sacramentalia ut missa officium
mortuorum collecte et similia per
talem facta bene valent et effec-
tum recipiunt tamen quod illa adeo non
ab operante efficaciam habent
tamen quod ille in ipso nomine
sed quasi mediator omnium vicarius to-
tius ecclesie nomine hoc agit
secundum ea que dicta sunt in prohe-
mio tertie partis. Si tamen privata perso-
na alia suffragia aut hec agit
alieno nomine aut suo proprio. Si
alieno ut quia defuncti seu alterius
in caritate existentis iussu de illius
bonis elemosina tanquam
minister pro facit. Tunc illi pro-
dest qui id facere intelligitur
cuius mandato facit et quia mandat
solvi ipse solvere videtur. Tunc est